Sub A... post ... Agnetis Virginis et Martyris ...

27

Jakubowska Reformatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen personaliter compa-
rens Nobilis Paulus olim Petri Jakubowski Sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Marianna filia Nobilis
Joannis Jakubowski consorti suae futurae in Matrimonium desponsatae
Ratione verae dotis post eam accepta et in bona sua importatae in Medi-
etate Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium Ubi-
vis locorum consistentium haereditariorum paternorum Maternorum quaesitorum obli-
gatorum nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum
et acquirendorum summam Ducentorum Florenorum Polon dotalicii et a-
liam summam Viginti florenorum Polon addotalicii inscripsit affirmat
et assecurat dotalicia jure aliorum dotaliciorum hoc in Regno Polon
observari solitorum Hac sua personali recognitione in praesentibus mediante.

Hryniewicze Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen ... comparens
Nobilis Theodora filia olim Hieronimi Hryniewicki relicta consors olim
Nobilis Simonis Hryniewicki Sana mente et corpore existens palam publice
ac libere recognovit. Quia Nobili Marinae Toloczkowna conthorali Nobilis
Laurentii Hryniewicki et ejus Successoribus Bonorum in haereditate Hryniewicze
consisten Octo Sulcos prati Miedzy rzekami inter metas Successorum
olim Philemonis et Joannis Markowicz Hryniewicki jacen Cum O-
mnibus et singulis Utilibus fructibus proventibus attinen et pertinen Nullis
exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit Cui jam
ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos
officio acceptandam dat et admittit Pacem tuitionem et evictionem
Omnimodam occasione praemissorum ab Omni impedimento undecunque quarum-
vis personarum propinquarum et remotarum per Omnes Gradus Ter-
restres cavet sub damnis omnibus simplici tapatis et edicendis Et
Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione
Omnibus in Universum juris remediis et defensis Legalibusque impedimen-
tis etiam de jure concessibilibus se et suos successores Ibi abrenuntiando.

Hryniewicze Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen ... comparens
Nobilis Theodora filia olim Hieronimi Hryniewicki relicta consors
olim Nobilis Simonis Hryniewicki Sana mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit Quia Nobili Marinae Toloczkowna

conthorali